

Daniel Pragensis episcopus. Brandenburgensis episcopus. Havelbergensis episcopus. Osenbrugensis episcopus. Isyrus Papiensis episcopus. Cremonensis episcopus. Aycardus Parmensis episcopus. Anselmus Astensis episcopus. Vercellensis episcopus. Novariensis episcopus. Pergamensis episcopus. Aquiensis episcopus. Albensis episcopus. Terdonensis  
 5 episcopus. Concordiensis episcopus. Garsendonius Mantuanus episcopus. Henricus Cumanus episcopus. Gratianopolitanus episcopus. Vapencensis episcopus. Vivariensis episcopus. Avinionensis episcopus. Hermannus Hersfeldensis abbas. Augiensis abbas. Erlebaldu abbas. Stabulensis abbas sancti Galli. Eglophus Morbacensis abbas. Salsensis abbas. Winzemburgensis abbas. Laurisamensis abbas. Henricus dux Bavarie et  
 10 Saxonie. Marchio Albertus. Fredericus dux Suevorum. Lodvicus lantgravius. Otto palatinus comes de Withelinsbac et fratres eius Fredericus et Otto. Marchio Otto Missinensis. Marchio Theodoricus. Comes Tetho. Dipoldus dux Boemie. Albertus palatinus de Sumessemburc<sup>a</sup>). Hermannus dux Karinthie. Godefridus dux Lovanie. Lodvicus comes Leonensis. Godefridus comes Durachiensis. Comes Albertus. Comes  
 15 Cunradus. Willelmus marchio Montis Ferrati. Opizo marchio Malaspina et fratres eius. Wido comes Blandratensis et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>c</sup> LXII, indictione X, regnante domino Frederico Romanorum imperatore victoriosissimo, anno regni eius X, imperii vero VII; data in archiepiscopatu Bysuntino apud pontem Laone super Saonam VI idus septembris.

20

(S.)

## 317.

*Kaiser Friedrich I. bestätigt einen Gütertausch zwischen dem Markgrafen Otto und dem Kloster Pforta.*  
**Konstanz, 1162 Nov. 27.**

*Hdschr.: Dipl. Port. (Saec. XIII.) fol. 10. Bibliothek der Landesschule Pforta.*

25

*Gedr.: Stumpf, Acta imperii 196. Stumpf 3972.*

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Sicut pium est imperialem munificentiam Christi pauperibus ad presentis vite subsidium aliqua bona conferre, ita cautum est propter mundi maliciam privilegiorum testimoniis etiam collata confirmare simul et stabilire. Proinde  
 30 notum facimus universis Christi fidelibus tam huius temporis quam futuri, quod nos petitione fidelis nostri Ottonis marchionis Misnensis silvulam unam, quam ipse a nobis feodali iure tenuerat, ecclesie Portensi cambire concessimus, et ipsi fratres mansos duos in Zcorluppe sitos et decem solidos reddentes imperio restituerunt, quos idem marchio pro recompensatione silve de manu nostra suscepit. Eadem vero silvula sita est iuxta Hechendorp ad  
 35 occidentem in monte incipiens a silva fratrum et ascendens iuxta semitam usque ad tumulos et iuxta tumulos sursum et in circuitu vallium usque ad predium comitis Sizonis ad occidentem et septentrionem, ad orientem vero usque ad campum Hechendorp. Quam silvam imperiali auctoritate confirmamus atque stabilimus eidem ecclesie cum omni iure